



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. I. Quis sit Minister?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

CAPUT II.

De Ministro Sacramenti Pœnitentie.

DUBIUM I.

Quis sit Minister?

Resp. Est Sacerdos approbatus ab Episcopo ;
 (saltem respectu sacerdotalium) & habens jurisdictionem. Est certum. Ratio primæ partis sumitur ex Ioann. I. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis, &c.* Ratio secundæ sumitur ex Trid. sess. 23. cap. 15. de reform. ubi decernit, nullum posse audire confessiones sacerdotalium, nisi habeat beneficium parochiale, vel approbationem ab Episcopo. Addidi respectus sacerdotalium : quia circa confessiones regularium, Concilium nihil videtur mutasse unde in cuius, etiam non approbato, quem Praefatus præficerit, possunt confiteri; intellige, quantum est ex vi Concilii : quia Gregorius XV. statuit, ut Monialium Confessarius ab Ordinario approbatur. Ratio tertiae partis ex Florentino & Trid. I. c. quia absolutio est actus judicialis, qui requirit subditos. *Vnde resolves.*

I. Nullo casu, vel dispensatione, hoc Sacramentum validè administratur à non Sacerdote.

II. Ubi Conf. Trid. est receptum, (secus alibi) nullus Sacerdos, etiam Regularis, validè absolvit, nisi sit approbatus, vel Parochus ; cui non so-

Ff 7

lum

Ium intra, sed etiam extra dioecesin suam, validè delegatur jurisdictio, potestq; eligi in Confessan-
um, ab omni habente potestatem eligendi, quant-
diu tamen retinet Parochiam. Ita *Fill. tom. I. 17. 14-*
gund. Suar. Dian. p. 3. t. 4. R. 14. 6.

D U B I U M II.

*Quid sit approbatio, & à quo pe-
tenda?*

Resp. I. Approbatio non est collatio jurisdicti-
onis, sed tantum publicum judicium de aptitudi-
ne personæ, ad audiendas confessiones, essentiäl-
ter prærequisitum (supposito jure Tridentini) ad
jurisdictionem recipiendam. Ita *Saneb. l. 6. de mil.*
d. 28. & alii. Unde resolvēs.

I. Ethi Doctores & Licentiati, hoc ipso, quod
promoventur, censeantur, secundum quodam
approbat à Papa, ut notat *Sa. V. Confessor*: proba-
bilis tamen est, quod ipsi etiam egeant approba-
tione, licet non deceat, ut ipsi, vel Lectores in The-
ologia examinentur.

II. Etiam Parochus, qui reliquit beneficium pa-
rochiale, debet approbari, si velit audire confessi-
ones.

III. Non requiri hanc approbationem, ad audi-
tionem venialium, docet *Dian. p. 2. t. 2. mis. R. 44.*
ex Valero. Et ratio esse videtur, quod approbatio
tantum requiratur in ordine ad jurisdictionem;
hanc quivis Sacerdos pro venialibus; (uti & mor-
talibus, à quibus ritè quis est absolutus) habeat

colla-
jūs ab
Vasq.
cet, a
capac
alia a
IV
res, n
gund
Cara
R. 14
V
am, r
chun
VI
tur e
ficien
V
ut d
Dian
R
& qu
gunt
liter
risd
erg
pi, e
one
tult
Gen
I.
Epi
hun